

amicorum est, pro imperio uti existimo. Qui enim
 doctrinae atque ingenij dotibus infimo cuique cedo,
 summos amicitiae legum observantiam superabo, et obse-
 quium tam indefensum, quam virtuti tuae, meriti que
 et amoris denique nostri largiri debitis. De lapsu
 lapidis, quod me doces, volupe est et gratum. habes
 Golij quoque de tua sententiam. Sed a Marino Merseus
 discrepat. Idem enim ille Problemas tractavit
 quere, quod harmoniam Universalem inscripsit. lib. 2.
 Ingens volumen est, nec fortasse tibi visum, ejus
 si me paginas huius spectantes, et excerptas transmittere
 vis, fiet sedulo et quam promptissime. Uterque
 Galilaei fundamento nitimini, de festinatione capus
 in ratione duplicata momentorum. Circa τὸ ὄτι,
 tamen ut jam dixi, dissentitis, neque ipsi quidem
 in designandis minutis, cum Galilaeo convenit.
 fortassis actum ago, et rei proinde nota indicium
 facio. in causa amax est, quem excusabis, si, quod
 rogo vicissim et constanter ames

Offellae 22. Aug. 1641.

Penitus tuum
 C. H.

Nobilissime et Amplissime Domine

(313)

Erit fortasse in Baonia collibus non nemo, qui ante
 annos penè octodecim Belgicae tum Legationi operam
 Londini dantem, meminisset compellasse Musas
 vestras vicario Carmine, cum salutandi coram illas
 divas, quod otioso contigerat, facultas occupato non
 daretur. Utinamque res ceciderit, meruerat facti
 audacia non obliterari aliquot lustrorum inter-
 nullo. Atqui et successus respondit, et incondito
 Poemati nobilium Poetarum multifaria reserptione
 supra fidem humanitas. Eiusdem nunc fiducia
 fit, quod respondere compellantibus audeo. Ἡ
 ΠΡΟΤΕΛΕΣΙ, quos excitare tacitos et ignotos ausus
 fui, neque adhuc Batavae genti οὐκ ἔδωκας. Adde
 quod rescribendi eorum nomine, quos allocuti estis
 non alienum a me officium videbatur. Ut quod
 Poetae condonare dubitetis, aequum sit ignoscere
 celsissimorum Principum negotia tractanti, et
 Illustrum cogitationum quotidiano interpreti. quo-
 cumque vultus me agnoscis aut contemnis vir
 Nobilissime

nobilissime, si causam tuam non ini quum, si preces agitate nituntur, quibus me hoc rescriptum claudere adigere. Resp. vestras, nostras et omni denique Christianae commune bonum, omnia rogantis incertitia, rogata rei momenti attende, et quantum in est in votis facundissimis que suffragiis erudita juventutis, cui amplissima dignitate praes, redde nos brevi composes plena felicitatis, qua si fieri ultra prohibemus, quodammodo per vos steteris suspicabimur, quod hactenus non potimus. Vale, In Castris ad captam Gennapam. xv. Cal: Sept. 1641.

Querio Boxhornio.

Amplissime et Doctissime Vir.

(314)

Quas tibi pro inscripta insigni scriptis, habitaque oratione diu grandes gratias debuiimus, habemus tandem scribimus, reddimusque; pro maximo nostro et modico, non dignitate literarum, aut vestra, qui dignissime illa tractatis. Possis dicere, de more parum interesse, more excusandum esse. non fiet hoc tamen in presentia mi Boxhornio, nec olim quidem: ne te adeo tui nostri ignarum autino ----- statuerimus, ut Imperatoris et Ministrorum ad exercitum occupationes nescias. Utrique tribue quod cesatum nimis est (neque enim inficias inuis et me ama. In Castris Assenedae. XIII. Cal: Octob. 1641)

Maximo amicorum Heinsio salutem a me sic dictam velim, ut mea me fieri, bona fides sciat, ex quo suam illi redintegratam accepit.

Antonio Thyrio.
Fil:

Amplissime ac Doctissime Vir.

(315)

Stetisse per quidem partim, partim vero per ipsum Principem, quo minus ante non paucas Septimanas manus est. Huius composis factus, nec inficior, nec enereo, fretus humanitate tua et iudicio, quae te nescires non patiuntur, quo rerum turbine, in exercitus agitemur. Ama me, si tanti sum, et vale, qui tanti es, ut amari queas doctis bonisque omnibus. Assenedae in Castris XIII. Cal: 1641.

Isaaco